

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0274

Sabato 26.04.2008

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI PER IL NUOVO MILLENNIO CRISTIANO IN ETIOPIA IN OCCASIONE DEL CONGRESSO EUCHARISTICO NAZIONALE (ADDIS ABEBA, 2-4 MAGGIO 2008)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI PER IL NUOVO MILLENNIO CRISTIANO IN ETIOPIA IN OCCASIONE DEL CONGRESSO EUCHARISTICO NAZIONALE (ADDIS ABEBA, 2-4 MAGGIO 2008)

In data 1° marzo 2008, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Ivan Dias, Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni per il nuovo Millennio Cristiano in Etiopia, che avranno luogo ad Addis Abeba dal 2 al 4 maggio 2008, in occasione del Congresso Eucaristico Nazionale etiopico.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta da:

- Rev. Sac. Tsegaye Kenini, dell'Arcidiocesi di Addis Abeba, già Segretario Generale dell'*Ethiopian Catholic Secretariate*;

- Rev. P. Tesfaye Tadesse, M.C.C.J., Superiore Provinciale dei Missionari Comboniani in Etiopia e Presidente della Conferenza dei Superiori Maggiori Religiosi di Etiopia.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Ivan Dias:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratри Nostro

IVANO S.R.E. Cardinali DIAS

Congregationis pro Gentium Evangelizatione Praefecto

Vetustam Aethiopes sectantes consuetudinem atque peculiarem temporis mensuram ad novum Millennium

recolere se comparant ipsique in memoriam antiquos annales revocare festinant, cum christianum nomen illuc est inductum et Salvatoris salutem gentes illas est complexa. Commemorationem hanc Congressus Eucharisticus nationalis extollet, qui eodem tempore ibidem celebratur. Ex hoc enim Sacramento veluti e salienti sacerrimoque fonte Domini scimus defluere uberrima beneficia et amplissima dona. Fideles autem inde vigorem sumentes suam operam in cotidianis officiis sustinendis fortius studiosiusque agere possunt.

Provido de consilio novimus annum bismillesimum Aethiopia in Natione, nominatim Neanthopolitana in urbe, II-IV diebus mensis Maii, actum iri, cum eodem tempore Congressus eucharisticus nationalis celebratur. Maiores enim ibidem et qui pietissimi exstiterunt Corporis et Sanguinis Christi mysterium sunt venerati aliisque idem ferventi animo inculcarunt, ubi primum christiana haec ad loca religio inducta est.

Cupimus et Nos, antiquioribus repetitis christianae pietatis documentis, nostra quoque aetate hae testificationes ut confirmentur et fides roboretur, quo latius pleniusque Salvatoris hodierni homines fruuntur salute et ipsi hoc divino de Sacramento uberrimos capiant fructus.

Quocirca ut bina haec commemoratio spectabilis efficaciusque evolvatur, ad te, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui, Evangelii diffundendi alacriter gerens operam, prorsus idoneus occurris qui personam Nostram inibi sustineas atque utrique celebrationi intersis. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, **Missum extraordinarium** renuntiamus et constituimus ad sollemnia illa agenda.

Universis igitur participibus hominibusque inibi cunctis voluntatem Nostram benignam ostendes, cum quamvis longo spatio separemur adsimus spiritu praesentes. Nostro nomine Nostraque auctoritate Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et supernarum gratiarum complementum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVII mensis Martii, anno MMVIII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

[00635-07.02] [Testo originale: Latino]
